

De sancto petro martire Fo. lxxxvi.

mine rufinus gravem valde infirmitatem in currit. Nam vena in inferioribus partibus anterioribus sine cessatione sanguinem emittebat. ita quod a nullo medicorum aliquid sibi remedium adhiberi poterat. Cum ergo sanguis per sex dies et noctes continuo efflueret. ille beatus Petrus devote in sui auxilium invocavit. quod tam subito sanatus est. ut intus effusa orationes et recepta liberatores nullum pene fuerit intervallum. Cum autem sopor se dedisset. vidit quendam fratrem in habitu ordinis predicatorum grossam facie atque brunum. quem socium beati Petri martiris existimat. sicut vere et talis forma me extiterat. qui cum expansione palmas plenas sanguine cum quadam suavi unguento eidem offerebat. dicens. Sanguis adhuc recens est. Veni igitur ad recedentem sanguinem sancti petri. Qui euigilans. sepulcrum sancti petri statuit visitare.

Cum in ramis palmarum cum adhuc viveret mediolani predicaret. tibi utriusque sexus esset maxima multitudo dixit publice alta voce. Scio pro certo quod heretici tractant mortem meam ita quod pro morte meam pecunia deposita est. sed faciant quicquid possunt. quia magis persequar eos mortuum quam nunc vivum. quod verum fuisse manifestum est. **A**lud florentium in monasterio deripulis sanctimonialis quedam in oratione posita ea die qua beatus Petrus mortem sustinuit. vidit beatam virginem in excelso throno in gloria residere et duos fratres de ordine predicatorum in celum ascendere. et hinc et inde iuxta eam collocatos esse. Et cum inquireret qui nam essent. audivit vocem dicentem sibi. hic est frater Petrus qui in conspectu domini tamquam fumus aromaticum gloriosus ascendit. Repertusque pro certo est. quod eadem die mortem subijt. quod dicta sanctimonialis visione vidit. Unde cum gravi et longa infirmitate laboraret ad rogandum beatum Petrum tota devotione se tulit et sanitatem integram mori recepit. **Q**uedam comitis de castro maximo hyponiensis diocesis. cum in beatum Petrum specialem devotionem

haberent et eius vigiliam ieiunarent cum ad suam ecclesiam ut audirent vesperas accessissent. una eorum candelam quandam in honore beati Petri martiris ante quoddam altare beati Petri apostoli posuit comburendam. quam cum domum redisset. sacerdos avaricia ducit in ipsam candelam sufflas. eam extinguit. sed mox lumen redijt et denuo ipsam accendit. Secundo ac tertio eam extinguit voluit. sed lumen ut prius rediit. unde redio affectus chororum intravit. et ante maius altare aliam candelam intexit. quam clericus in honore beati Petri posuerat. quod eius vigilia sibi ieiunabat. quam sacerdos bis extinguit voluit. sed nequit. **Q**uid videns clericus iratus dixit. **D**abole apostoli miraculum non videtis. quod sanctus Petrus non vult ut sua extinguatur candelam. Territi igitur et stupentes sacerdos et clericus ad castrum ascenderunt. et predictum miraculum omnes narraverunt.

Circa quodam nocte Kobas de meda cum usque ad vestes in ludo omnia perdidisset. domum in sero rediens cum lucerna ascensa lectum suum adiit. et videns se tam viles pannos habere. et se totum amisisse considerans. pro nimia desperatione cepit demones invocare. ac se eiusdem ore nephario comedare. Statimque tres demones assuerunt quod lucernam accensam in solarium perijciantes. eum pro collum arripuerunt tam fortiter ipsum stringentes ut nullatenus loqui possent. quem cum plurimum agitarent qui erant in domo inferiori ad eum ascendentes dixerunt. Quid est quod agis o roba? Quibus demones responderunt. **I**te in pace via. et lectos vestros intrate. illi autem predicti viri voce esse credentes perijt redierunt. illis recedentibus cepit multo fortius a demonibus agitari quod illi pergnoscentes sacerdotem peritus advocarunt. qui cum per beatum Petrum demones adiurasset. duo peritus exierunt. Sequenti autem die ad sepulcrum sancti Petri adductus est. Ad quem guilhelmus vercellensis accessit cepit demonem increpare. Qui eum quem nunquam viderat ex nomine vocans ait. frater guilhelme propter te non sum quod exibo. quia hic noster est et opera nostra